ÆSOPI PHRYGIS FABVLÆ.

JAM RECENTER EX COLLATIONE OPTIMORVM exemplarium emendatiùs excusæ, cum *nonnullis eiusdem & Poggij fabulis adiectis.*

Et Indice correctiori adiuncto.



LONDINI,
Excusæ pro Societate Stationariorum. 1614.

¶ *Typographus Lectori beneuolo.*

ÆGrè ferre nonnullos allatum est, hasce Æsopi Phrygis Fabulas toties excusas, amanuensium typographi incuria erratis vndiquaque, seu vulneribus sub prelo tanquam è prælio irrepsisse: visum est deinde iisdem castigationem, & chirurgicam quasi manum adhibere, quo emendatiores prodeant. Si quis in hac editione quid præstitum sit præ cæteris percontatus fuerit: Nonnihil certè, respondetur; quod in hoc genere emendandi laboriosissimum esse, omnes qui bene nouerint, ingenuè fatentur. Quam plurimas ex probatissimis exemplaribus fabulas selectas adiecimus, & grauissima errata, quibus vbique scatebant, fideli manu emendauimus. Quocirca, si primitias laborum in æquam consulere partem dignatus fueris, in posterum aliis relegendis officium liberrimè perficere non grauabor. Vale.